



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quænam qualitates seu conditiones in particulari requirantur in iis,
quibus beneficia Ecclesiastica conferruntur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ad digniorem præferendum eum obliget) cum contraria sententia, neque semper utilior sit Ecclesiæ, neque expediendis collationibus prosit, cum scrupulosi Collatores multum de digniore essent inquisituri: Certè si Patronus dignum præsentet, quamvis digniorem prætermittat, debet is ab Episcopo institui. Censetur autem in hac materia dignior, non qui absolutè doctior, sanctior, aut majore virtute præditus est, sed qui ad officium, cui præficiendus est, est aptior propter potentiam, nobilitatem, agendi industriam &c.

§. III.

Quenam qualitates seu conditiones in particulari requirantur in ijs, quibus beneficia Ecclesiastica conferuntur?

Multa de hujus §. materiâ dicta fuerunt in lib. 1. Decretal. Tit. 14. De aetate & qualitate & ordine præficiendorum, quæ videti possunt.

§. IV.

De alijs duabus conditionibus, an ea necessario requirantur, vel requiri possint ad obtinenda beneficia?

Dubatur primò an præsentia illius, cui confertur beneficium, sit conditio necessaria ad obtinendum beneficium, ejusque possessionem? Resp. negativè, quia absenti etiam Clerico confertur beneficium, etiam per intermediam personam, (si hæc habeat speciale mandatum ad acceptandum) & in eo investiri, ut ex dictis patet, & ex

c. Accedens 24. h. t. Et quamvis non sit, Clericum esse eum qui in tali beneficio, loco alterius, acceptum Procurator constituitur, absolute nec necessarium hoc non est, cum etiam Laicus procurator esse possit, & spirituale beneficium in principalem committere, veluti qui nudum ministrum in hoc negotio exercet.

Dubatur secundo, an per statum vel consuetudinem induci possit, ut in nobilibus & illustribus, exclusis ignobilibus, cæterisquæ idoneis admittantur ad dignitates, & Canonicatus in Ecclesijs Cathedralibus? Resp. reprobat hanc consuetudinem in *c. Veniens 37. h. t.* ita ut nec per ullam antiquam diuturnam consuetudinem induci possit, multò minus per statum, cum, ut dicit Pontifex, Benedictus Argentinensi in Germania ecclesiæ quæ contra aliquem à Papa promotam in Canonicum excepit, quòd pro ecclesiâ illa nobilitatus sufficienter non & eminentem scientiam non habuerit generis, sed virtutum nobilitatem faciat Deo, & idoneum Ministerium & eminentis scientiæ homines ex omni ministeria dignitatum (præsertim inter regniæ nobilitatis homines) reprobant. Interim tamen negari non potest, multis Ecclesijs, præsertim nobilitatis, manz hanc consuetudinem tolerare graves scilicet causas, ipso etiam Pontifice si beneficia in suis v. g. mensibus vacantia in tali Ecclesiâ conferat, ad consuetudinem talem attendente, & electionem contrariam non reprobatam quòd fortassis consuetudo talis à sua fundatione vigerit, si non ipsi